Et Coram officio Castren Capitan Branscen in primo Cittoris Termino peremptoria responsione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus dillationibus apellationibus motionibus evasionibus aliisq in universum iuris remediis et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando

Skłodo Debitum

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens Nobilis Simon filius Joannis Włochaci Dziekut de Dziekuty Urbany heres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Christophero olim Stanislai Skłodo de Krasowo Częstki haeredi eiusque legitimis successoribus tenetur estque debitus certi veri et liquidi debiti mutualeque pecuniae summam Centum florenorum polonicalium Quam quidem summam idem recognoscens submittit se ac se de bonis suis generaliter omnibus inscribit hinc et ab actu praesenti pro festo sancti Margarethae virginis et martyris proxime futuro parata pecunia solvere aut circa acta officii praesentis reponere et relinquere repositamque ulterius ad se non recipere nec modo quovis arrestare sub vadio simili aliorum Centum florenorum polonicalium Et Coram officio praesenti Castren Branscen peremptoria responsione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus dillationibus evasionibus apellationibus quibusvis motionibus vera vel simpliciter infirmitatibus actione pro maiori minorennitate successionum tandemque extraditione mala negotiis inordinata scriptione aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis se et suos successores uti abscribendo.

Eiusdem Cessio

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Nicolai Chudoba Krasowski sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Christophero olim Stanislai Skłodo et eius posteris de omni et vide gro iure suo seu inscriptione certa principaliter per Nobilem Andream olim Nicolai Skłodo super certas partes bonorum Krasowo Częstki olim Nobili Gregorio quondam Christophori Krasowski fratri patrueli sterillier decesso Coram actis Terrestribus Branscen feria secunda ante festum sanctorum Petri et Pauli Apostolorum anno millesimo sexcentesimo vigesimo Quarto proxime transacto inscripta tandem super se recognoscentem uti fratrem patruelem devoluta Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis ac parata intromissione possessione tuitione et omnibus ligamentis in originali inscriptione contentis cedit et condescendit omneque et integrum ius suum in personam eius plenarie transfundit intromissionem illi eximendi per ministerialem et Nobiles duos officio deceptum admittendo.

G. Krasowski Domanowo Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens Nobilis Dorothea filia olim Joannis Włedzki ex olim Nobili Hedwigi Domanowska genita consors relicta primis nuptiis olim Mathiae Kalisowski secundis vero nuptiis relicta olim Mathiae Moczydło

Moczydlo in Domanowo hered sana mente et corpore exns palam recognovit Quia Generoso Alberto Grzymek Krasowski Pincernæ Terræ Bielscen in Domanowo Haeredi et eius legitimis succoribus bonorum suorum immobilium in haeditate Domanowo consisten in primo loco in pertula dicta Koniowa Zaka sortem suam incipientem a sepe sultorum Nobilis Stur Domanowski per fluvium usq ad Campum prout aratur item sortem suam in piscina et area circa piscinam ab area Nobilis Nicolai Domanowski ad mettam Turowa penes mettas sororum suarum item in tertio loco sortem suam ab arbore salicea ad eandem mettam Turowa inter mettas sororum suarum item in mergo post sepes plebanales totam sortem suam ab eisdem sepibus plebanat ad mettam Nobilis Nicolai Domanowski inter mettas ut supra item in mergo communi a fluviolo vel prout incipietur ad locum dictum Karcemna sortem suam se concernen inter mettas sororum suarum iacen item w Starze spolnem in Domanowo existen totam sortem suam se inter comparticipes spectan Cum agris pratis campis silvis rubetis fluvijs prehensione piscium aluvijs aggeribus molendinis construendis et generaliter cum omnibus eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus attinen et pertinen universis ad eadem bona quovis modo provenien nullis pro se et suis succoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo pura mera sincera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et resignavit perpetuis temporibus Cui iam exnunc in predicta bona vel eorum aliquam minima partem Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possone permitten et Nobiles duos quem et quos sibi conducere poterit officiose accepturos dat et admittit submittitq se eundem suum donatorium et eius succores occasione premissorum ab omni impedimento cuiuscunq quarumvis personarum propinquarum et remotarum totiens quoties opus et necesse fuerit tueri defendere eximere et liberare intercedere pacificare suisq per se et per submissas ac subordinatas personas non inviolate imo ea bona semper munda et libera facere sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis Et Coram officio presenti Castren Bransken in primo Citationis termino peremptoria responsione omnibus controversijs exceptionibus dilationibus motionibus quibusvis apellationibus ac earum prosecutionibus alijsq in universum iuris remedijs se et suos succores uti abscribendo et abrenunciando.

Magnificorum Szyskowskich Quietatio

Coram officio et actis presentibus Castren Capitan Bransken Generosus Paulus Orzewski nomine suo et Gnosæ Catherinæ Pinterska Coniugis sue ... de rato et grato quem cavet sub vadio et ligamentis